

uitatis prauitate frangere. & tuorum preceptorum rectitudinem
 omnibus adimplere. *¶* Scripsit moyses cant. req in vig
 asch. *Adiende cet*

s qui nobis per prophetarum ora precepisti temporalia relinque
 re. atque ad eterna festinare. da famulis tuis. ut que a te ius
 sa cognouimus implere celesti inspiratione ualeamus. *¶*
 Apprehendent septem milia. *Vinea facta*

s qui nos ad celebranda hanc festiuitate utriusque testa
 menti paginis instruis. da nobis intelligere misericordiam tua.
 ut ex preceptione presentium munerum firma sit expectatio
 futurorum. *¶*

audi isrl mandata uite. auribus percipe. ut scias pruden
 tia. Quid est isrl qd in terra inimicorum est. Inuenerasti
 in terra aliena. conquinatus es cum mortuis. deputatus
 es cum his qui in inferno sunt. dereliquisti fontem sapien
 tie. Nam & si in uia dei ambulasses. habitasses utique in
 pace super terram. Disce ubi sit sapientia. ubi prudentia. ubi
 sit uirtus. ut scias simul ubi sit longiturnitas uite & ui
 etus. ubi sit lumen oculorum & pax. Quis inuenit locum
 eius. Et quis inuouit in thesaurum eius. Ubi sunt prin
 cipes gentium. & qui dominantur super bestias que sunt
 in terra. Qui in aethere celi ludunt. qui argentum thesau
 rizant. & aurum in quo confidunt homines. & non est finis
 possessionis eorum. qui argentum fabricant & solliciti sunt.
 nec est inuentio operum illorum. Et tamen examinati sunt.
 & ad inferos descenderunt. & alii in locum illorum surrexerunt.
 Iuuenes uiderunt lumen. & habitauerunt super terram. Viam
 autem discipline nescierunt. neque intellexerunt semitas eius.
 neque susceperunt eam filii eorum. A facie eorum longe facta
 est. Non est audita in chanaan. neque uisa est in theman.
 Filii quoque agar qui exquirunt prudentiam. que de terra
 est negotiantes terre. & heman. & fabulatores. & exquisi
 tores prudentie & intelligentie. Viam autem sapientie ne

